UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXIIX. De clerico non ordinato ministrante.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

XXVII. *De clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante.*

QVartum delictum eſt, ſi clericus mini- 1
ſtret, qui miniſtrare ob aliquam ex ſe-
quentibus cauſis non debet. §. Prima 2
cauſa eſt, ſi ſit excommunicatus, vel de-
poſitus, vel interdictus. §. Si excommu- 3
nicatus miniſtret, deponitur. *cap.* 3. 5. 6. &
retro depoſitus miniſtrans excommunica-
tur. *cap.* 1. & 2. Item interdictus miniſtrans
deponitur. *d. cap.* 3. §. Nota interdum au- 4
geri pœnam, ut in eum qui monitus non
reſiſtit: hic enim in exilium mittitur. *d. c.* 2.
interdum minui, ut propter multitudinem
delinquentium. *cap.* 4.

XXIIX. *De clerico non ordinato miniſtrante.*

SEcunda cauſa eſt, ſi clericus non ſit ordinatus. Hic ab Eccleſia abjicitur, nec amplius ordinatur. *cap.* 1. verum diaconus, qui miſſam celebravit, ad ſacerdotium non promovetur, & a diaconatu ad tempus ſuſpenditur: ſed in beneficio poterit ad tempus diſpenſari. *cap.* 2.

XXIX. *De clerico per ſaltum promoto.*